adiutoriū noīando. scđ ar bitriū libertatem. c Hic considerātū est q; fue rit illud adiutoriū boī datu in creatiōē q; poterat manere si vellet. Illud vtrūq; fuit li bertas arbitriū ab oī labē et corruptela imunis. atq; volūtati rectitudi. t̄ oīm naturā līs potētia. aie sinceritas at q; vivacitas.

Explicat q; fuit illud adiutoriū diffiniendo. d

Liberū vo arbitriū est fa cultas rōis t̄ voluntatis q; bo nū eligit ḡa assistēre vel ma lū eadē desistēre. Et dō liberū q̄tū ad volūtatiē q; ad vtrūlī bet flecti p̄t. Arbitriū vo q̄tū ad rōnē cui? est facultas vel potētia illa. cui? et est di scernere iter bonū vel malū. Et aliqui qdē discretionē h̄isbo ni t̄ mali. q; malū est eligit. aliqui vo q; bonū est. Sed q; bonū est nisi ḡa adiuta nō eligit. malū vo p̄ se eligit. Est em in aia rōnali volūtā naturalis q; naturali vult bo nū. l; tenuiteret exiliter nisi ḡa iuuet. q; adueniens iuuet eam t̄ erigit ut efficaciter ve lit bonum. Idē se autem po test velle malum efficaciter. Illa ergo rationalis animi e potentia qua bonū vel malū p̄t velle. vtrūq; discernēs. liberiū arbitriū nūcupat q; bruta animalia non habent. quia ratione carent. habent tamē sensum t̄ appetituū sen sualitatis.

Assignat differētā sen sualitatis ad ratiōuem. e Est em sensualitas qdam vīs anime īferiorē ex quaest motus qui intēditur in coro poris sensus atq; appetitus rerum ad corpus p̄tinentiū. Ratio vero vīs aie est supe rior. q; (v̄ ita dicam) duas babet partes vel differētias superiorē t̄ īferiorē. Scđom

sunt immortales. ergo pari ratione v̄ q; aliq; anime possunt creari p̄ naturā ad malū infribiles. v̄ igitur fasce possibl

## Libri

le tale adiutoriam a deo conferrī per qd̄ naturaliter ad malū nō posset inflecti. Sed cōtra, ista duo sunt cōuertibilia sicut vult Dñm. et ctiā Aug. v̄z esse creabile et esse vertibile. sic ergo i oī creature necesse est esse aliquā vertibilitatē. sed in substantia spūali nō est vertibilitas h̄z substantias, ergo necesse est q̄ si fm electionē. igitur impossibile est substantia creatā habere li. ar. per naturā inflexibile. Itē non est p̄ naturā magis artatus affectus q̄ intellectus. sed intellect⁹ coipso q̄ intellect⁹ est p̄q̄ naturā suā est natus oī intelligere. ergo pari rōne affectus p̄ naturā suā est potēs hoc vel illud appetere. ergo est ab uno op̄ positioz in alterū transire. ergo oīs affectus creat⁹ q̄tu⁹ est de natura sua nō solū bonū cōcessum sed etiā p̄būtūz p̄ velle et p̄cēlēre. ergo tc. Itē liberū arb. creatum bocipio q̄ libe rum est dominatur actui suo. bocipio q̄ creatū est debet aliqd suo creatori. vīz honorem. ergo si dominatur suo actui. p̄t nō reddere qd̄ debet. sed hoc est p̄ctū. ergo si dominatur est liberū arb. quātūm est de sua natura fieri flexibile ad p̄ctū. Itē si libe. arbitrium per naturam suam esset iſi flexibile ad malum. ergo stare in bono et facere bonum esset ei naturale. ergo oī op̄us egrediens a libe. arb. esset in genere operis naturalis. et nullū esset in genere moris. ergo si hoc verum est nullum esset merito rium. nullum etiam esset laudabile. per nullum etiam op̄us qd̄ faceret esset liberū arbitriuz ad gloriam ordinabile. sed hoc est contra naturalem libe. arb. institutionem ergo impossibile est aliquid creature dare lib. arb. per naturam inflexibile.

Respon. dicendum q̄ impossibile fuit hominem vel aliquaz creaturem rationalē per naturam habere libe. arb. inflexibile ad malum. hoc em̄ repugnat nature ipsius creature rationalis et a parte principij initialis. et a parte termini finalis. et hoc p̄t sic. si em̄ lib. ar. creature rationalis fieret naturaliter ad malū inflexibile. aut hoc esset propter ipsius artationem ad bonum aut propter ipsius determinationem. Si propter artationem et sic faceret bonum sicut lapis tendit dcorū. iam certe lib. arb. nec esset liberū nec op̄us eius esset laude dignum. et ita inceptum esset ad finem propter quem est factum. videlicet ad laudis et glorie premium assequendum. Si autem inflexibile esset ad malum propter determinationem. q̄ sic potens esset p̄ propria naturam in bonus et non posset deficere in malo. sicut ē de lib. ar. divino quod ad sola bona determinatum est. iam tales libe. ar. caret vanitate per naturam suam. ergo iam non esset creature nec productum ex nihilo. cum omnis creature vanitati subiecta sit. et ita hoc esset contra naturam principij initialis q̄tu⁹ ad qd̄ dicimus et creaturem rationalem ex nihilo esse producram. Repugnante igitur natura rationalis creature. et ex parte initialis principij. et ex parte finalis termini. impossibile fuit dominem vel aliam quamcunq; creaturem rationalem li. arb. habere p̄ naturam ad malū inflexibile. vnde concedende sunt operationes hoc ostendentes. Ad illud qd̄ obijicitur de lu ce corporali. dōm q̄ non est simile. tum propter hoc q̄ fons lux corporalis reperi potest in genere creature. fons autē lux spūalis non reperi potest in genere creature. sed est ipse creator. Iuxta illud Eccl. 1. Fons sapientie verbū dicit in excelsis. Tum etiam q̄ lux corporalis respectu actus lucendū habet artionē adeo ut lucere eius non sit laudabile. s; pure naturale non sic est de rectitudine et operatiōe creature rationalis sive p̄ voluntatis deliberatiue. Ad illud qd̄ obijicitur q̄ aliqua substātia corporalis p̄ naturam est intranūtūbilis tc. iam p̄ respōsio per hoc q̄ non valet sive non decet creaturem spūalē sic esse artatam ad op̄us suum sicut corporalē sive etiam q̄ non tenet sumnum in genere spūis. sicut aliqua creature corporaliter net sumnum in genere corporum. Tercumtamen dici posset q̄ omne corpus mutabile est aliquo genere mutationis. sicut vñuer salter vult Augustinus. sive q̄ ipsum mutatur in se. sive q̄ aliqua mutantur in ipso. et hoc ultimo modo mutatione posset esse in empyreco. Ad illud qd̄ obijicitur de gratia confirmante. dōm q̄ gratia dicitur esse perfectio nature non solum quia adiuuat sed etiam quia defectum eius excludit. vnde in oī natura creature rationalis est aliquis defectus naturalis qui per gratiam habet excludi. quantūcunq; illa natura sit in gñc creature p̄fcta. et ideo non sequitur q̄ si aliquid cōuenit altius p̄ gratiā q̄ cōueniat p̄ naturā. Et si obijiciat q̄ de p̄puit dare nature qd̄ dedit gratia. dōm q̄ natura nō fuit nata suscipe. sicut em̄ alia ē natura op̄is moralis alia op̄is naturalis. nec p̄picias operis

## Secundi

moralis p̄t cōuenire op̄i naturali nisi naturale desinet esse naturale. non em̄ p̄t laus et virtutē p̄t q̄ est proprietas operis moralis fm q̄ binōi cōpetere operi naturali inceptum rel. sic in proposito intelligendū est se habere. Ad illud qd̄ obijicitur de immortalitate p̄ responsio per predicta. Quod em̄ natura littera est immortale et b̄ nō est laudabile vel virtuperabile. et ita si liberum arb. inflexibile creatum esset. nec laudis nec virtute rī capax esset.

**Questio. ii.** Utru datū fuerit boī naturale adiutorium. Et q̄ sic vñ. Lib. ar. vt dicit Ansel. est p̄tē seruādi rectitudinē pro p̄tē. sed li. ar. est potētia naturalis. q̄ p̄ naturā potētia absq; addita gratia boī poterat seruare rectitudinē sine iusticiā. Et seruādo rectitudinē tētatiōi nō sc̄nit̄rē iustiā resistere et suparet. ergo tc. Itē ponat boī in puris naturis libis. aut iſi possit resistere dyabolo sua dēti aut nō. Si nou et nullū peccat in eo qd̄ vitare nō p̄t. ergo si cōsentiret tētatiōi dyabolice nō peccaret qd̄ est impossibile. Si sic. ergo p̄ naturā le adiutorium sine gratia supaddita supare poterat adiutorium. Itē natura nullū dat eis quā erat oī dat ei aliquā potētia p̄ manēdi. cū non deficiat in necessariis. vñ sicut aliquā naturaliter propagat. sic etiā naturali virtute in esse conservat. ergo li. ar. boī datus p̄ naturā propriā innocēs erat et immune a culpa. ergo p̄ naturā propriā absq; oī gratia p̄manere poterat in sua innocētia. ergo tc. Itē rectitudo voluntatis solo actu voluntatis seruaf. qui em̄ rectus est. obliquus esse non p̄t qd̄ vult esse rect⁹. sed n̄b̄l tam est in voluntate nr̄a q̄ ipsa voluntas n̄b̄l facili⁹ boī recto q̄ velle rectitudinē. si q̄ li. ar. boī quantum est de sua p̄ditōe primaria rectū erat. absq; oī gratia supaddita rectitudinē seruare poterat. et sic aduersario resistere et tētationē supare. Ad illud cōtra. Augu. de vera innocētia. Hūna natura et si illa integritate in qua p̄dita est p̄maneret. nullo modo sc̄ipsam creatore nō adiuuāte seruaret. ergo q̄tēcū. boī haberet li. ar. ad hoc vt p̄maneret necessariū et erat grātia suffragiū. Itē si tunc poterat de potētia nature tētationē resistere. et naturalia sunt eadē in nobis et in ipso. q̄ in tētationē resistere esset a nobis p̄ naturā possibile. q̄ fructu frequentarem⁹ dominicā orationē petentes. et ne nos indicas in tētationē. q̄ si absurdū est dicere p̄t tc. Itē si virtute propria poterat boī absq; oī gratia tētationē resistere. possit etiā vñ corona de inimico obtinere. s; vñ posset proficere. qd̄ est cōtra magistrum in lfa q̄ dicit q̄ dābūt vñ stare posset. sed non habuit vñ posset proficere. Ad illud q̄ aliquid posse resistere virtute propria tētationē dyabolice absq; oī gratia intelligi p̄t dupl̄. Aut ita q̄ excludat p̄missio diuine influētia. aut ita q̄ excludat appositiō noue grātiae. Primū simili⁹ est ipsoī possibilis. nunq̄ em̄ li. ar. male suggestiō resistere nisi deus sue bonitatis influētia cōtinua in bono cōseruaret. Secōdū mō veritatem b̄ p̄ statu inimicētia. Sicut em̄ m̄ḡ dicit in lfa. Magna erat in ipso boī lib. ar. ad oī labē et corus p̄tō et imunitas atq; naturaliū potētiaū aīe sinceritas et vñscitatis et p̄ hoc poterat cuitare et repellere suggestionē dyabolice. nec indigebat ad hoc opponi sibi nouā grātia. cū respectu būtū nulla esset in eo difficultas sicut dicit m̄ḡ in lfa. et iōnes oīndūt q̄ ad primā partē inducunt. et ideo cōcedēde slnt. Ad illud ergo Aug. de vera innocētia ias p̄t rīsio. dicit em̄ q̄nulla creature rōnalis p̄t sine diuino adiutorio cōseruari. nō q̄ ad resistēndū p̄tō sit ei necessaria grātia q̄dū sit in innocētia. s; q̄ in quocunq; statu est necessaria est sibi diuine bonitatis influētia. Ad illud qd̄ obijicitur q̄cādē sunt naturalia in nobis. s; in primo boī. dōm q̄ et si eadē sint fm substantia. in infirmata sunt et vulnerata et deteriorata. et ideo nō sequit̄ q̄ m̄i posse habent q̄tū babuerunt qñ natura erat instituta. Ad illud qd̄ obijicitur p̄ tentatiōi resistere. hoc est victoriā obtinere. dōm q̄ p̄t est aduersariū sugare q̄tēdē resistere. Ad hoc em̄ q̄ aliquid aduersariū super optimū est q̄ oppositū assequat ad qd̄ aduersariū p̄trabere intēdebat. hoc autē solū est qñ homo non m̄i refit aduersario voluntarie. verūtētia meritotie. Tūc em̄ recr̄e vñcīt. dyabol⁹. qñ ex vexatiōi tētatiōi p̄ quā intēdebat incūrvarē

## Distinctio

cum dare ad demeritū. bō proficit ad meritū. boc autem tamen facere non potest nisi per gratiam dei. quis per se possit refugere peccatum. Si enim obligatio gratia peccatum refugere. meritum sibi non esset. et tentatio refuseret. et per hoc propter misericordia ad sequentem. quod magis non loquitur de quoque pfectu. sed de pfectu in merito in quo non semper pfectit homo cum facit opus bonum bonitate moralis nisi assit gratia spiritus sancti sicut melius infra patet.



Consequenter queritur de secunda via de divisione potentiarum alicet. et circa hoc possunt quatuor queri. Primo queritur de illa divisione potentiarum alicet quae est per cognitivam et affectivam sive per rationem et voluntatem. Secundo queritur de illa que est per positionem superiorum et inferiorum. Tertio queritur de illa que est per delibera- tione et naturale. Quarto et ultimo queritur ad pleniorum explanationem de illa divisione que est per pos- sibiliter agentem.

**Questio.** Utrum intellectus et affectus. sive ratio et voluntas sint potentiae diversae per essentiam. Et quod non videatur Augustinus in libro de trinitate dicit quod beatus trius. intelligens. memoria. et voluntas sunt una mens. una intelligentia. una vita. sed hoc non esset si essent diversae per essentiam. ergo respondeamus. **Ita** p. 13. de alia dicit quod intellectus speculatorius exterius est per practicam extensio non varia potest per essentiam intelligentia speculatoria practica. ergo et cognitiva et motiva. **Ita** potest distinguuntur per obiectum sicut dicit p. 13. si ergo prima ratio distinguenda est ex parte obiectorum. non est maior distinctio in potentia quam in obiectis. sed verum sub ratione vero est obiectus intellectus. bonum sub ratione boni est obiectus affectus. cuius igitur eadem sit per essentiam bonitas et veritas spiritualis creature. **Ita** eadem est per essentiam ratio et voluntas. **Ita** magis conformata summe trinitati quam per formam vestigium. sed in summa trinitate nulla est differencia essentialis. sed solus per relationem. si igitur veritas et bonitas sola relatione differunt in creatura et non essentialiter. multo fortius vero per ratio et voluntas sola relatione habeant distinguendam. **Ita** ad oculum delectatio omnis necessaria concurrat sensus. delectatio enim est coniunctio convenientis cum convenienti et sensus eiusdem. sed constantia est per voluntas haber delectari. et haber delectabilem cognoscere et sentire. igitur ipsa erit potentia sensitiva. **Ita** ad oculum habebit virtutem necessariam cum currit amor et meditatio inspectio. Sicut enim vultus Augustini de moribus ecclesie. ois virtus est amor. Et sicut vultus p. 13. virtus est inspe- ctitio meditatio. sive virtutes sunt per voluntate quam per actum voluntatis est me- dius inspicere et amare. sed primum pertinet ad vim cognitivam. secundum ad affectivam. et eadem est potentia cognitiva et affectiva. **Ita** lu- minis et caloris in corporibus correspondet cognitionis et amoris in spiritibus. sed sol per eandem virtutem illuminat et caelestis. caelastro- nis generalis ex radiis multiplicatio ergo multo fortius vero per se substituta spiritualis potentia est. et per eadem virtutem cognoscere et diligere. ergo respondeamus. **Ita** optimus vniuersus rei non potest esse nisi unius sed optimus in aia est illud per quod immediate coniungit deo. Hoc autem est intellectus et affectus. sive ratio et voluntas qui non sunt diversae potentiae sed etiam una. Si tu dicas quod iter oes potentias principatus tener voluntas. et illa est quod intimebat. Obiectum contra hunc. quod virtus unita non potest per multiplicata. si igitur aia una potentia sola teneatur in deo. pfectus ei vniuersus qui si tenebat pluribus. si optimo modo facta est ad puenientiam in fine. ut per una sola potentia sit ratio et voluntas per essentiam. **Ita** contra Augustinum in libro de trinitate dicit alia esse ad imaginem quo ad unitatem essentie. et trinitatem potentiarum. quod si vera est ibi trinitas. vera est ibi potentia distinctio. quod non solum non distinguuntur relationes sed etiam per se sunt absolute. **Ita** si ea de potentia per essentiam esset ratio et voluntas. sicut una essentia est in pere et filio. et sicut per non per filium de intelligere sed per se ipsum. sic voluntas non solum intelligere per intelligenciam. sed etiam per se ipsum. falsum igitur diceret Augustinus in libro de trinitate. quod non potest esse per voluntatem. nimirum intelligimus nisi per intelligenciam. **Ita** expeditus Augustinus in libro de trinitate. loquens de ratione et voluntate sive noticia et amore alicet sic. Admonemur si verius videre possumus hunc in aia eti- stere. et tamquam inuoluta in uoluere ut sentiantur et numerentur baliter vel ut ita dicatur essentialiter. **Ita** ratione vero quod cuiuslibet potentie unitus est vni primus actus assignare. sed etiam pfectus tota intelligentia est intelligere. actus vero pfectus tota affectu est affici. ergo si actus primus et proprius istarum potentiarum sunt diversae essentiae. vero

## XXIII

potest per se. **Ita** sola distinctio relationum in creatura non est distinctio rei sed in diuinis est haec distinctio persona. quod si in aia non est distinctio potentiarum nisi solus per relationem. aia non est illa summa trinitatis similitudo expressa. et ita nec imago. quod si huius est falsus. restat respondeamus. **Ita** a natura creature est per cuius vigorem actus vii potest. minorat ac alteratur. propter hanc potest radicantur in eadem substantia. quod multo fortius actus vii potest intensus remittit alterum actum eiusdem potest. quod si ratio et voluntas essent eadem potentia. et interdum cognitio. minorem affectum. quod quanto clarius deum videremus. tanto minus amaremus. quod si ominus falso est. restat respondeamus. **Ita** ubique lux et calore sunt formaliter. differunt essentias littere. sicut per in ligno. et per ratione ubique potest cognoscendi et amandi formaliter repinguunt in creatura. essentialiter distinguuntur. sicut repinguunt in aia. ergo respondeamus. **Ita** dominus potest si predicta quod plus continet curiositatem quam utilitatem. propter hoc quod sicut una per tenet et sicut altera. nullum praedicium nec fiduci nec moribus gaudiatur. Verum tamen quod sancti et alii qui tractant de potentia alicet plurimum loquuntur de potentia distinctio. et quod etiam plurimum quoniam determinatio pedet ex predicta quoniam determinatione. ideo determinatio eius alia quantulum diligenter operatur insistere. **Ita** notandum igitur quod ista quoniam terminatio ex illius quoniam tractatione pedet qua quod de copula ratione potest ad substantiam alicet. vii per illa varie determinantur diversas. sic consequenter et ista. Quidam enim dicere voluerunt quod potentia alicet non est aliud quam ipsa relatio vel ipsa aia relata adactum et per ponunt quod oes alicet potest sicut vii per essentiam. nec est in eis aliqua differencia nisi solus per relationem ad actum alium et aliud et per confirmare notandum per Augustinum in libro de aia et spiritu ubi hoc expressum est dicere et sentire. **Ita** et si tu dicas quod ille liber non est Augustinus per hoc non euaditur. quod hoc ipsum in libro de trinitate dicit de potentia alicet quod sunt una essentia. una vita. Alii vero dicere voluerunt quod potentia alicet non est aliud quod est relatio in aia et differunt essentiae. et quod etiam diversae existunt in codice subiecto. et hoc confirmare notandum per quoddam librum Hugo. in quodam libello quem fecit de trinitate. ubi dicit quod noticia et amor non vere sunt quod ipsa mentis. sicut affectus quodam et forma ipsius. quod non sit hoc aliud esse. sicut ad esse tantum ei quod est hoc aliud. Tertium sunt qui dicunt quod potentia alicet nec adeo sunt idem ipsi alicet sicut sunt ei per se ipsa intrinseca et essentialia nec adeo diversa ut cedat in aliud genus sicut accidentia. sicut in genere habent per reductionem. et isti dicunt quod cum potest simpliciter non dicunt alia essentia quam substantia anima. et non sicut differunt essentiae ipsa potest per se sunt diversae essentiae. Et iterum cum non sint ominus idem cum alicet essentia. dicunt quod non sunt ominus per essentiam. et ideo quasi medium tenentes inter utramque opinionem dicunt quidam animae potentias sic differre ad inveniunt ut nullo modo dici possint una potentia. nec tantum concedunt eas similes diversificari per essentiam. ita ut dicantur diversae essentiae. sed differre essentiae per genere potest. ita prodicant diversae potest sicut diversa instrumenta eiusdem substantie. **Ita** Quelvis autem distinctionis positionum suorum habent defensores. nec est facile rationibus cogitibus eas aliquam improbare. quod si beatus positio ultimo dicta concordat vice communis et autoritatibus tractatorum. et magis sibi est et ratione confusa. ideo iuxta hanc tertiam positionem ad propria questione respondendum est. quod intellectus et affectus sicut ratio et voluntas non sunt una potentia sed diversae. et hoc senserunt predictores nostri. sensisse etiam videtur Augustinus. sicut expressum apparuit in autoritatibus superadiutoriis. oculo etiam quoniam dividunt alicet potentias. prima divisionem dividunt in cognitivam et affectivam sicut memoriem. **Ita** Rursus cum quis ad semetipsum redit volens quodam experimento discere potentias quas deinceps in se convenientias et divisiones. inueniet se in cognoscendo et amando recurrere ad diversa instrumenta. Unde consideranti usum potentiarum manifesto iudicio apparebit quod maior est differentia intelligentiae ad voluntatem. quod sit intelligentiae ad memoriam vel etiam irascibilis ad concupiscentiam. Memoria enim et intelligentia negotiantur circa idem. ita ut quod ista acquiratur. illa conservatur. vel illa offert et ista disjudicatur. Similiter concupiscentialis et irascibilis ita se habent per concupiscentialis acquisitum. et irascibilis defecit et quod utrumque vox necessarii est ad pfectio- nem actionis cognitivae et affectivae. ideo memoria et intelligentia portus dicuntur diversae viribus per diversae potentiae. sicut irascibilis et concupiscentialis. Et est exemplum. sicut si aliquis haberet diversa instrumenta ad diversos actus principales. ut securum ad sciri-

# Libri

dendum. et martellū ad fabricandū posset tñ nibilomin⁹ ipsa se  
curi vt ex vna parte ad scindendū vt pote et pte acti et ex alia  
parte ad aliū actū illi cōsonū. iuxta hoc materiale exemplū qđ  
non est p̄ oīa simile. intelligit p̄t in potētis sp̄ualibus. **C**on  
cedende sunt igit̄ rōnes et autositatis oīdētes rōne et volun  
tatem diuersas esse potentias. **A**d illud ergo qđ primo obij̄  
citur de Aug. q̄ sunt vna essentia et vna vita. rñdendum est q̄  
ideo dicuntur esse vna essentia ppter hoc q̄ in vna essentia ra  
dicant. et adeo adberent illi intrinsec⁹ vt nō cadat in altius ges  
tus et ideo ad illi⁹ expressionē vtitur bñs Aug. tali p̄dicatiōe.  
**Q**đ vero ista sit expositiō ab intellectu et sensu illi⁹ verbi distor  
ta colligif ex ipsis verbis bñs Aug. in. xv. de tri. vbi dicit⁹ ip̄e  
deus est treo p̄son. sed in creatura bñs tres potētias non est  
ip̄e potētia. et hec est dissimilitudo qđā trinitatis create et tri  
nitatis increase. **L**ū igit̄ ibidē explanet verba prius posita  
qualiter sunt intelligēda. et ipso verbo Aug. colligif. q̄ cū dis  
xit memorā et intelligentiā et voluntatiē vna esse essentia. nō di  
xit p̄ oīmodā idētitatē. sed p̄ quandā intrinsecā adberentiam et  
bunc modū loquēdi credendū est babuissē autore libri de aia et  
spiritu. siue fuerit Aug. siue alijs. qm̄ si aliter intelligeref val  
de improbabilitē videref esse locut⁹. sequeret em̄ ex verbis il  
lis q̄ vnum t idē est ratio interior et exterior sensus. qđ adeo  
cōtra rōnem est vt etiam refugiat ipse auditus. **A**d illud qđ  
obij̄cif q̄ intellectus speculati⁹ extēsione sit practicus. dōz q̄  
sicut in capitulo de mouēte p̄. iii. de anima. p̄bs differentiā as  
signat inter practicū intellectum et appetitū. nec vñq̄ dicit ins  
tellectum fieri appetitū. sed bñs dicit intellectum speculatiū  
fieri practicū. q̄ ille idē intellectus et illa eadē potentia q̄ diri  
git in cōsiderando. postmodū regulat in operando. voluntas  
aut̄ non est intellectus practicus sed est appetitus ratiocinat⁹  
et ideo non sequit⁹ ex hoc q̄ sola extēsione ratio fiat voluntas vel  
q̄ intellectus fiat appetitus. **A**d illud qđ obij̄citur q̄ potentie  
differunt p̄ obiecta. dōm q̄ immediatus distinguunt̄ potentie  
p̄ actus q̄ p̄ obiecta. Ad differentiā aut̄ potentiarū essentiales  
sufficit diuersitas obiectorum fin rōnem. et ideo quis verū et bos  
num nō differant̄ essentialiter. nibilominus tñ q̄ cognoscere et  
amare absq̄ dubio sunt act⁹ differētes. potētia q̄ sunt ad hos  
actus q̄ p̄ obiecta. **S**cripsas diuersitatē baberit. **A**d illud qđ obij̄citur de  
vestigio. dōm q̄ illa ratio potius est ad oppositū si q̄ recte in  
telligat q̄ ad propositū. Quia em̄ magis representat ipsa ima  
go illā summa trinitatē q̄ vestigiū. cum in illa summa trinitate  
sit vera distinctione in ypostasib⁹ et p̄sonis. si aia est exp̄ssa dei  
imago. debet i se bñc trinitatē in qua sit vera distinctione aliquā  
non erit exp̄ssa similitudo. Illa aut̄ differētia q̄ est in creatura  
pure fin̄ habitudinē et relationē nō dicit distinctionē nisi soluz  
ctum ad modū. ideo et si talis distinctione sufficiat in ratione ve  
stigiū. amplio: tñ debet esse in rōne imaginis. et ideo illa rō non  
concludit. **P**otest etiam a litera dici. q̄ ratio vestigiū sumitur  
ex cōparatione creature ad creatorē. q̄ atten dñm relationes  
effectus ad cām. et q̄ illa cōparatio sc̄ que est creature ad crea  
torem fin̄ triplex genus cause est oīmode ipsi creature essentia  
lis. ideo non differunt in ipsa creatura veritas et bonitas essen  
tialiter. sed ratio imaginis attenditur in creatura fin̄ q̄ ip̄a cō  
paraf ad deum in rōne obiecti. eo em̄ imago dei est quo capax  
eius et particeps esse p̄t. et q̄ fin̄ easdē potētias babet anima  
serui in deum. et etiam in res alias cognoscendas. ideo nō sunt  
adeo essentiales ipsi aie ratio et voluntas sicut predicta. et ideo  
oporet q̄ tanta sit conuenientia inter intelligentiā et voluntas  
tem. q̄ta est inter veritatem substantiale et bonitatem. **A**d illud  
qđ obij̄citur q̄ ad delectationē cōcurrunt sensus. dōm q̄ verum  
est. sed non oporet q̄ ille sensus sit ipsius voluntatis q̄ delecta  
tur. sed sufficit q̄ sit rōnis associantis seu associate. Sicut em̄  
oculus videt sibi et pedi. et tñ est aliud organū q̄ pes. sic rō sibi  
videt et voluntati. et voluntas sibi appetit et rōni. Et q̄ illud sit ve  
rum p̄ autoritatē Aug. prius inductam q̄ dicit q̄ nibil intel  
ligimus nisi per intellectum. nibil volumus nisi p̄ voluntatez.  
**A**d illud qđ obij̄citur q̄ oī virtus est amor et inspertr̄ me  
dij. dōm q̄ inspicere medium est dupl̄. aut p̄ modū cōsideratio  
nis. aut per modū inclinationis. Primo mō inspicere medium  
nō est cuiuslibet virtutis fin̄ se sed p̄ concomitantiam vel cōica  
tiā. q̄ sicut ratio videt sibi et alijs potētis. sic prudentia et fi  
des discernit sibi et alijs virtutib⁹. Si aut̄ scđo mō dicat inspe  
ctr̄ medij q̄ p̄ inclinationē ad illud tēdit. sicut lapis tēdit de

# Secundi

orsum. et medicina vna dñ bñc aspectū ad talē humore purgans  
dñ sic nō solū est co gnōtis imo etiā affectis. et ideo et doc nō  
concludit q̄ eadē sit potētia affectiva et cognitiva. **A**d illud 16  
qđ obf de cōparatiōe luminis et caloris tam p̄ rūsio p̄ rōsē ad  
ductā in cōtrariū q̄ bic nō habet veritatē. cū sicut in aliquo in  
formatiōe. sed si habet veritatē. hoc est solū cū sicut in aliquo es  
fectiōe. **P**reterea hoc plures negāt q̄ sol p̄ candē virtutes qua  
illuminat calefacit. et p̄t esse q̄ verū dicāt sicut oīsus est supia  
di. xiiij. **A**d illud qđ obij̄cif de optimo aie. dōz q̄ est optimā  
q̄tū ad esse p̄. iiii. et est iterū optimū q̄tū ad esse com. tñ opti  
mū q̄tū ad esse p̄. iiii. vñz fit vt pote forma ultima cōpletua.  
tñ q̄tū ad esse sc̄m nō oportet q̄ fit vñm. nī intelligat esse  
vñz q̄ et multis est collectū. sicut ad aliq̄ bñ esse multa p̄ cur  
runt. Et sic qm̄ potētia creature artata est. nō potuit creature  
babere posse p̄fectū nī esset in ea potētia et multitudine. et qua  
rum collectiōe sicut adunatiōe et vna supplēte defectiō alteri⁹ re  
sultaret vñz posse cōpletū. sicut manifeste aia aduerit p̄t in or  
ganis humani corporis. quoz vñz quodq̄ indiget a virtute alte  
rius adiuuari. **E**t si obij̄cias q̄ potentior esset aia si virt⁹ et  
esset vna. q̄ tñc esset magis vñta. dōz q̄ quis veritatē baberit  
et cōparatiōe potētis ad vñz actū. nō tñ habet in cōparatiōe  
ad diuersos actus. aut certe si veritatē baberit cōparando potē  
tiam ad idē. nō tñ est verū cōparando ad diuersa. Ut rōt̄ em̄  
q̄ si homo baberet vñz oculū tm̄. virtutis? videret ille q̄ modo  
videat dñ habet sociū. nunq̄ tñ ita bñ videret solus sicut vides  
ret ip̄e et socius et. sic et in proposito intelligēdii est se babere  
et ideo magis est p̄pletū posse aie et multis potētis collectū. q̄  
si esset simplex vñtū. q̄ vna potētia et altera nō diminuit s̄ ad  
tuuat et ppter mutuū adiutoriū et quadamō sociale obsequium  
aliq̄ dñ possit esse esse vñz. aut etiā habet existētis in aia esse  
vñz. nō q̄ hoc dictū sit fin̄ ipsaz potētiarū et habitu p̄pū rō  
nē et spālē naturā. sed q̄ hoc dictū est p̄ quandā collectionem.  
**A**d p̄fectū em̄ posse aie et occurunt oīs potētiae et ad p̄fectā babi  
lationē oīs virtutū babilatates. Unde si aliqua autoritas in  
ueniāt q̄ videatur ponere vñtate potētiaz aie et virtutū intel  
ligēda est fin̄ modū p̄scriptū vñc fin̄ quandā collectionem. Si  
iste inueniāt q̄ dicat potētia aie esse aie essentia. intelligēda  
est p̄ reductionē ad idē genus. Sunt em̄ qđam q̄ sunt in gñc p  
se. alia p̄ reductionē. Illa aut̄ se sunt in gñc q̄ participat̄ esen  
tiā p̄pleta illius gñis. ut sp̄es et individualia. Illa vñ p̄ reducio  
nē q̄ nō dicat cōpletā essentia et hec sub qñc mēbris cōtinens.  
quēdā reducunt̄ sicut p̄ncipia. qđā sicut p̄plemēta. qđam sicut  
vie. qđā sicut filiūdines. qđā sicut privatiōes. Sicut p̄ncipia  
dupl̄ aut̄ essentia seu essentialita. aut integratia et p̄ncipia es  
sentia sicut sunt materia et forma in gñc substātie. et p̄ncipia  
integratia sicut p̄cs substātie sunt in gñc substātie p̄ reducio  
nē. Si reducunt̄ et p̄plemēta hoc p̄t esse dupl̄. aut em̄ est cō  
plementē p̄ modū actus et sic est actus p̄t q̄ reducunt̄ ad idē  
genus. cū substātie cul⁹ est act⁹ et vivere. et esse substātie ad ge  
nus substātie. Aut p̄ modū aptitudinis. et sic differētia cōplētis  
ue ad idē genus reducunt̄ cū specie. Si aut̄ reducunt̄ sicut vie  
hoc p̄t esse dupl̄. Aut sicut vie ad res. et sic mot⁹ et mutationes  
et gñatio reducunt̄ ad substātie. Aut sicut vie ad rebus. et sic vñt  
reducunt̄ potētia ad genus substātie. Prima em̄ agēdi potētia q̄  
egressum dñ baberit ab ipsa substātie ad idē genus reducunt̄ q̄  
nō adeo elongat̄ ab ipsa substātie et dicat alia essentia p̄tētia.  
Si aut̄ sunt filiūdines sic sunt in gñc p̄ reductionē reducunt̄  
ad idē genus sub quo continent̄ illa quoz sunt similiūdines  
et p̄z in similiūdine albedinis et coloris. q̄ quidē nō est albed  
do sed et albedo. non est color sed et color. Postremo q̄ p̄cipia  
tētēs nō habent essentiam aliquā nisi p̄ babitum. in codē gñc  
esse habent in quo et habitus per reductionē. Et sic p̄ responsō  
ad omnia questiā.

**Questio. ii.** De illa diuersione potentiarū animē est  
per superiore et inferiore portiones. Et est questiō vtrum superiore portio tñ inferiori sint diuersae potētiae. Et q̄ sic videtur. Sic ut dicit Aug. xiiij. de tri. inter superiore  
portionem rationis et inferiore est coniugia. q̄ bec dicit  
vir et bec dicitur mulier. s̄ nō est p̄ singulū eiusdem ad se. s̄ diuersa  
ad diuersum. cū igit̄ inter bec duo sit p̄ singulū inq̄tum sunt potē  
tiae. q̄ in gñc potētia sunt diuersae. **A**ut̄ sic in plurib⁹ locis  
in li. de tri. dicit Aug. imago nō p̄sistit in rōne q̄tū ad inferiore  
partē sed quantum ad superiorē. sed esse ad imaginē non  
est accidēs.

## Distinctio

## XXIII

est accidens potestis anime, sed est eis esse essentiale, cū igitur superior: portio et inferior: differant per esse ad imaginem, et per non esse ad imaginem. ut per se sint potestis per essentias diuersae. ¶ Itē sicut vult Aug. superior: portio se habet ad inferior: sicut reges ad rectus, reges autem et recti sunt ad inuidem relative opposita, si ergo relatives opposita non possunt esse circa idem, necesse est esse aliam potentiam quam regit, aliam quam regit. ¶ Itē inibi finis idem agit et patitur, sed superioris portionis est mouere inferior, et inferioris est moueri, ergo impossibile est quod occurrat in eadem potestia, ergo te. ¶ Itē si ro superior et inferior non differerentur quod bec intēditeretur nisi illa intēdit ipsam, ḡ non plus differerentur quod oculus aspiciens sursum et aspiciens deorsum, sed nullo modo dividit oculum in superior et inferior, peccat quod aspicit sursum et deorsum, ḡ nec ratio sic dividit deberet, si ergo dividit, ergo ratio superior et inferior non differunt tamen penes actum et aspectum sed etiam penes id quod sunt. ¶ Itē si solū penes aspectus diuersos et actus esset ibi differētia, cū ratio angelicā aspiciat superiora et inferiora, vñ quod deberet dividī in superior et inferior, sed talis differētia in potestis angelicis non consuevit assignari, amplius ergo differunt quod finis actus et aspectus, ergo reddit idem quod prius quod sunt diuersae potentiae finis idem quod sunt. Sed contra Aug. dicit. q̄. de tr. Cum differimus de natura mentis humanae, de una quadam re differimus, nec ea per bec duo quod memoriam nisi per officia geminamus, sermo processerat de superiori positione rationis et inferiori, ergo te. ¶ Itē anima sicut dicit pbs finis intellectum quadammodo est oia, sed bec non esset nisi potentia intellectiva cum sit una nata esset cognoscere oia, si ergo de ratio superior in quantum cognoscit superiora, et inferior in quantum cognoscit inferiora ergo non est alia et alia potentia. ¶ Itē id est habitus qui dirigit alias ad amorem dei et proximi utpote caritas, ergo multo fortius eadem potentia qua conuertitur ad deum et ad proximum, sed bec est ratio superior et inferior, ergo te. ¶ Itē lux increas sicut dicit Aug. ill. folio, eadem est potentia sensitiva quam cognoscim⁹ tam lucem quam colorē, si ergo intellectiva potestia multo largior est et liberior quam potentia sensitiva ut et una et eadem potestia sit qua conuertat alia ad lucem eternam et ad bec ratione. ¶ Rū, dōm quod diuisio rationis in superiori positione et inferiori non est adeo per diuersa membra, ut bec illa sit potentia alia et alia sicut rationes ordinant ad secundam partem inducere, nec est per membra ita convenientia ut non sit in eis differētia nisi soli finis aspectus. Est enim differētia in eis finis dispositiones et finis officia. Secundum dispositiones, quod bec fortis et illa debilis, Secundum officia, quod bec regit et illa regitur, Rōne diuersae dispositiones in debilitate et fortitudine bec vocatur vir et illa mulier, Rōne diuersitatis in officio et regimini bec vocatur superior quod regit et illa inferior quod regitur, talis autem dispositionis diuersitas ortu habet, non ex diuersitate nature, sed diuersa comparatio, et iudicium potestis. Dum enim ratione ad superiora conuertit, purgat et illuminat et perficitur, dum leges eternas compicit et immutabilitatem dicunt virtutis et equitatis in bono fortificat et vigoratur, dum autem ad bec inferiora pertinet, utpote ad sensibilitatem et carnem, quodammodo transbitur et emolit, et ideo sunt eiusdem nature ratione superior et inferior differētia finis fortitudinis et debilitatis dispositiones. Et quod una ostur ab altera, et ei propinquus tanquam adiutorius simile sibi, recte sed dicit vir et illa dicitur mulier, et inter eas deinde est pinguis. Diuersitas autem officiorum sicut non venit ex diuersitate naturarum, sed ex diuersitate dispositionum, Quod enim bec fortis est et illa debilis bec intelligens et cōsulēs diuinam voluntatem, illa vero exequens opem, et ideo bec regit et illa regitur, et ex hoc illa superior et ista inferior et appellatur. ¶ Et sic pbs quod superior portio rationis et inferior et si aliquo modo recte dividatur, finis diuersae potestis non sunt, ista enim membra videlicet superius et inferioris essentiam potestis non variante sed dispositiones et officia, et hoc insinuat ipsa nota. ¶ Ad illud ergo quod obiectum de coniugio iam pbs responsio, hoc enim dictum est relative, non quod ratio superior et inferior finis diuersae potestis, sed quod cum una ab altera educatur, natura tamen non differunt, sed sibi in unum coiunguntur quasi ad mutuum obsequium.

¶ Ad illud quod obiectum quod bec est ad imaginem et illa non dicendum, quod cum negamus inferiori positione rationis esse ad imaginem, non hoc dicimus, quod imago non sit in illa potestia, sed quod non attenditur finis conuercionem illam, unde non remouetur ratione imago a positione inferiori finis idem quod est imago et finis idem quod est ratio, sed solum finis comparatione superadditum. ¶ Ad illud quod

objicitur, quod regens et rectum sunt opposita domini quod verus est, sed ex hoc non sequitur diuersitas in spirituali potestis, in ea marie mea quod nata est reflecti super seipsum, et talis est ratio et voluntas. ¶ Quod ergo objicitur quod relative opposita non possunt esse circa idem, domini quod verum est finis idem et ad idem, cum autem aliud comparatur ad diuersa, nihil impedit in eo repertiri simili relationes mutuas sine repugnancia et oppositione. ¶ Praeterea illud habet locum in latinitate finis esse et non finis dici. Et per hoc pbs in illo ad illud quod sequitur quod nihil finis igitur agit et patitur, hoc verum est de actio et passione phisica, de passione autem spirituali quod dicimus? idem a se moueri et regi veritatem non habet cum dicat Anselmo, voluntate esse instrumentum scipsum mouens. ¶ Ad duo ultima pbs ratiō. Concedo enim quod illa diuisio non solus attendat finis diuersitatem in aspectu, sed etiam in dispositione et officio quod non reperitur in angelo vel in oculo, sicut patet per ea que predicta sunt, et ista sufficiant.

**Questio. iiiij.** Queritur de illa diuisione potentiarum anime, quod quidem est per naturam et deliberatiuum, et queritur utrum diuisio voluntatis per naturalē et deliberatiū sit per diuersas potestis. Et quod sic ut datur, cum diuidit potestis anime primo diuidit in et belefim et bulifim id est in naturalē et deliberatiū, et postea subdividit per alias potestis, ergo similius differētia est inter prima membra, videlicet per naturalis voluntas et deliberatiū sit potestis alia et alia. ¶ Item diuisio substatia per ratione et non ratione variat ipsa per essentiam. Et diuisio potestis per modum differentias facit potestis essentialiter differre, sed talis est diuisio potentiarum anime per naturam et deliberatiū, ergo te. Omnes probatur per hoc quod sicut dicit pbs, rationales potestis sunt ad opposita, sed quandoque aliqua potestis naturaliter mouet ad aliquid, non mouetur ad oppositum, ergo potestis ut est naturalis non est rationalis.

¶ Itē cum diuidim⁹ creaturā per corruptibilē et incorruptibilē diuersificam⁹ etiam essentialiter, ergo pari ratione cum diuidim⁹ potestiam per mutabile et immutabile etiam essentialiter variam, sed potestis quod mouetur naturaliter ad suum obiectum mouet ratione, deliberatiū vero veritabiliter, ergo te. ¶ Itē potentia in qua cōscimus cum brutis non potest eadem cum potestis in qua differimus sed in naturali appetitu cum brutis pueris et in ratione etiam differimus, ergo te. Sicut enim bruta naturaliter appetit sui esse conseruationem, sic et nos appetim⁹. ¶ Sed contra potestis quod binū in idem obiectum et sub eadem ratione non habet diuersitatem sed naturalis voluntas et deliberatiū idem binū pro obiecto vel bonis ordinatis sumus ḡ te. ¶ Item potestis quod ordinat in fine et in idem quod est ad finem non est alia et alia, sed voluntas nostra ut est in fine est naturalis, quod naturaliter vnuquisque appetit beatitudinem et est in rem ordinata, sed potestis que ordinatur ad fines est deliberatiū, ergo te. ¶ Item eadem est potentia cognitiva est qua cognoscimus aliquid naturaliter, et per acquisitionem, ergo per ratione eadem est voluntas quod aliquid appetimus per naturalē instinctum, et per deliberatiū arbitriū. ¶ Itē omnes quod est aliqua natura habet operationem naturalem sed voluntas deliberativa est aliqua natura, ergo habet operationem naturalem, sed voluntas actus est velle, ergo voluntas deliberativa aliquid vult naturaliter, sed voluntas quod vult aliquid naturaliter est naturalis, sed voluntas deliberativa est voluntas naturalis. ¶ Rū, dī cendū quod cum diuidimus appetitū in naturalē et deliberatiū sicut quancumque alia potestis, hoc duplū potest intelligi, Aut ita quod appetit naturalis et deliberatiū diuersitatem habeat in obiectis, utpote cum una est appetibile solū et substantia rationali aliud aut est appetibile a brutaliter, et hoc modo binū contingit naturalē potestis et deliberatiū esse diuersas potestis. Alio modo potest dividit appetit sicut potestis in naturalē et deliberatiū, ita tamen quod non sit differētia in obiectis, sed in modo appetendi, ut cum appellam⁹ finis derisim esse voluntatem naturalē, quod naturaliter inclinat et instigat ad bonum honestum, et murmurat contra malum et voluntatem deliberatiū appellam⁹ appetitus, quo post deliberationem est aliquid adberem⁹ bono, aliquid malo, et sic diuisio potestis per naturalē et deliberatiū non variat etiam finis essentia potestis sed finis modū mouendi, et hoc modo diuidit Datur, non quod naturalis et deliberativa sine diuersae potestis, sed quod una est potentia diuersa mode etiam mouens, et hoc sufficit ad diuisiōnem potentiarum; ¶ Unum notandum est quod multis modis consuerunt autores diuisio-

卷之三

## Secundi

nem potentiarum anime accipe. Aliqñ fm naturā ipsarū potētias  
rum. vt cū diuiduntur potētiae in vegetabilē. sensibiliē. t ratio-  
nalē. vel ipsa rationalis intellectuā t affectiuā. Aliqñ vero s̄z  
officia. vt cū diuidit ratio in superiorē t inferiorē. Aliqñ fm sta-  
tus. vt cū diuidit intellectus in speculatiū t practicū. intelle-  
ctus em̄ speculatoriuī fm alium statū efficitur practicus. v̄z dū  
coniungitur voluntati t op̄i in dictando t regeundo. Aliqñ ve-  
ro sit diuisio potentiarū fm aspectu sicut diuiditur potentia  
cognitiva in ratione. intellectu t intelligentia. s̄m̄ aspicit ad  
inferius. ad par. t ad superius. Aliqñ vero fm acer. sicut sit di-  
uisio in inventiuā t iudicatiuā. Invenire em̄ t iudicare sunt  
actus potētiae cognitiae adiuvicē ordinati. Aliqñ vero sit diui-  
sio potentiarū aīe fm modos mouendi. t sic est illa q̄ est p̄ natu-  
ralē t deliberatiuā. Qm̄ib⁹ bis modis diuersificatis v̄run-  
tur auctorē in diuisione potētiaz anime t in solo primo modo  
diividendi attendit propriæ potentiarū diuersificatio.

Concedendum igitur est q̄ naturalis voluntas t delibera-  
tua pōt esse eadē potentia. q̄ quidē fm alium t alium modum  
mouēdī sic t sic appellatur. Eadē em̄ est potentia qua appeto  
beatitudinē t qua appeto virtutē sicut facere hoc bonum vel il-  
lud ad beatitudinē ordinatum. que vt appetit beatitudinē dis-  
citur naturalis. q̄ immutabiliſter appetitus eius ad beatitudi-  
nem inclinatur. vt vero appetit hoc vel illud bonum facere. de  
liberatua dicitur. t fm iudicium rationis pōt ad contrarium  
inclinari. Ad illud ergo qđ primo obv̄s citur de diuisione pos-  
tētiarum facta a Dani. tam p̄ r̄fuso. Ipse enī v̄t idē p̄ in sua  
ex̄p̄ificazione poti⁹ in bac diuisione diuersitatē modorum mo-  
uendi attingit q̄ diuersitatē potētiaz mouētiū. Ad illud qđ  
obv̄ q̄ voluntas naturalis est irrationalis. q̄ nō est ad opposita  
dōm q̄ cuī dī q̄ potestates naturales sunt ad opposita hoc nō  
intelligit de oībus oppositis. sed de aliquib⁹ rōnaliis em̄ volū-  
tas ita; diaf ad aliqd q̄ nullo mō appetit suū oppositū. vt p̄z  
in ordine voluntatis nostre ad beatitudinē. t felicitate. tū aut  
determinate inclinat ad beatitudinē. ad multa tñ gñia appeti-  
bilis illa t eadē voluntatis potētia est indeterminata. ita q̄ nas-  
ta est moueri in opposita. t ppter ea sic est naturalis vt tñ non  
definat esse rōnalis t deliberatiuā. Si aut̄ esset sic determina-  
ta ad vnu q̄ nullo mō posset s̄ opposita. sicut est potētia calefa-  
ciēt t illuminādi in igne. tūc esset pure naturalis. t non esset  
deliberatua sicut rōnalis. Ad illud qđ obv̄ de incorruptibili-  
tate. dōz q̄ nō est sile de incorruptibilitate s̄be t immutabilitate  
potētiae incorruptibilitas em̄ in sua dī absolute t id eo esse cor-  
ruptibile t incorruptibile directe opponuntur. sunt etiā incorpo-  
rabilitia circa idē. Utabile s̄o t immutabile potētiae vel i potētia  
accipi p̄nt respectu diuersorū obiectorū. vt p̄z cū aliq̄ voluntas ē  
immutabilis respectu finis t mutabilis respectu ei⁹ qđ est ad tñ  
nē. t ideo nō op̄s potētias p̄bec mēbra essentialiter diuersifi-  
cari. Ad illud qđ obv̄ de naturali appetitu in brutis ia p̄z ri-  
fiso. q̄ cū dī nos cōicare cū brutis i potētia naturali appetitu  
ibi distinguunt naturalis potētia a rōnali. nō soli q̄t ad modū  
appetēdi. sed etiā q̄t ad appetibile t penes hoc contingit di-  
uersas differentias potentiarum accipere.

**Questio. iij** Et ultima. Ad maiorē eidētā p̄ce  
+ dentiū q̄rit de diuisiōe potētiarū  
ale p̄ agentē t̄ possibilē fm̄ quas differētias intellect⁹ n̄f diuisi-  
di p̄suicit. Est igit̄ q̄o vtrū agēs intellect⁹ t̄ possibilis sint vna  
potētia vel diuerte. Et q̄ diuerte vñ. materialis cā nūq̄ simul i-  
cedit i idē cā alijs causo sicut vult p̄bs. s̄z sicut se b̄z materia ad  
formā vel efficientē. ita se b̄z intellectus possibilis ad agentes  
sicut p̄bs dicit. ergo intellectus possibilis t̄ agēs sunt potētiae  
diuerte. ¶ Itē p̄ia diuina potētia est p̄ actiūa t̄ passiūa. sicut  
innuit p̄bs in l. ix. prime p̄bie. sed inter dec mēbra primo diuisi-  
denta est maxima differētia q̄ sit in illo ḡne. ergo inter potēns-  
tiam actiūa t̄ passiūa est maxima potētiarū differentia. ḡ im-  
possibile est vna potētia esse possibilē t̄ agente. ¶ Itē impos-  
sibile est idē fm̄ idē esse in actu t̄ in potētia simul t̄ feme. s̄z aia  
fm̄ intellectū agente est continue in suo actu. fm̄ possibilē aut̄  
non. ergo t̄c. ¶ Itē impossibile est idē fm̄ essentiam esse illumi-  
nās t̄ illuminatū. sed intellectus agēs se babet sicut lux. intel-  
lect⁹ possibilis sicut illuminatū a luce. ergo t̄c. ¶ Sed contra.  
in p̄petuis non differt esse t̄ posse sicut vult p̄bs. ergo nec act⁹  
t̄ potētia multo minus nec potētia actiūa t̄ passiūa. sed aia est  
p̄petua t̄ eius intellectus. ḡ nō est d̄rīa potētia possibilis p̄tra

